Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



uidentes turbabuntur in subtractione inspiratie salutis.
dicentes intra se. penitentiam agentes. & p angustia spis
gementes. hi sunt qs aliquando in derisu habuimus. & in si
militudine improperij. nos insensati. uitam illorum estima
bamus insaniam. & finem illorum sine honore. Ecce quomodo
putati sunt inter filios dei. & inter sanctos sors illorum est. Sedm
illo t. dixit ihs ds. non turbetur cor uestrum. Johannes.
Credatis in deum. & in me credite. In domo patris mei.
mansiones multe sunt. Si quo minus dixissem uobis. qa
uado parare uobis locum. & si abiero & preparauero uobis
locum. iterum ueniam & accipiam uos ad me ipsum. ut ubi
sum ego & uos sitis. Et quo uado scitis. & uiam scitis. Dicit
ei thomas. Domine. nescimus quo uadis. & quomodo possumus uiam
scire. Dicit eis ihs. Ego sum uia & ueritas & uita. Nemo
uadit ad patrem. nisi per me. Si cognouisseris me & patrem
meum utique cognouisseris. & ammodo cognoscetis eum. & uidistis eum. Dicit ei philippus. Domine. ostende nobis patrem. &
sufficit nobis. Dicit ei ihs. Tanto tempore uobiscum sum. & non
cognouisti me. philippe qui uidet me. uidet & patrem.
Quomodo tu dicis. ostende nobis patrem. Non credis quia ego
in patre. & pater in me est. Verba que ego loquor uobis. a
me ipso non loquor. Pater autem in me manens. ipse facit o
pera. Non credis quia ego in patre. & pater in me est.
Alioquin propter opa ipsa credite. Amen amen dico uobis. qui credit
in me. opa que ego facio & ipse faciet. & maiora horum
faciet. quia ego ad patrem uado. & qdcumque petieritis in
nomine meo hoc faciam. In inuentione sce crucis.
R3. Confido de uobis in domino ihu. qd nichil aliud sapi

258